

236

Lib. II, Cap. V.

2. Proponit hæc prædicata Aristoteles
l. i. pr. c. i. §. 5. ubi tamen singularem enun-
ciationem omisit, ob eam, ut videtur, ra-
tionem, quia, ut ab initio hujus operis sta-
tim monet Aristot. definitus hic Syllogi-
smus, Propositio, Terminus in ordine ad
demonstrationem & scientiam, quæ sicut
circa singularia non versantur, ita singu-
laris enunciationis d. l. nullam habuisse vi-
detur rationem. Videtur *Burana com. ad*
d. l.

3. Priusquam verò agatur de univer-
sali, sciendum, propositionem univer-
salem non eodem modò sumi apud A-
ristot. quod monet etiam *Alexand. Aphrod.*
com. in l. i. pr. c. i. cum inquit: σημειωτέων ὅ
τι ἡ ὁμοίως ἐν ταῖς προτέραις καὶ ἐν ταῖς ὑστεραῖς
ἀναλυσεῖς διποδοῦται τὸ καθόλου. 1. Univer-
sali igitur propositio in post. analyt. *lib. i.*
cap. 4. t. 36. est illa, in quâ prædicatum o-
mni inest & per se, & quatenus id ipsum
est, e. g. *quantulum est extensum.* Sed hæc
acceptio non est hujus loci 2. Universalis e-
nunciatio est illa, quæ explicatur *l. i. pr. c.*
1. & definitur, quod sit enunciatio, quæ
prædicatum subjecto omni, vel nulli ines-
le